



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput V. De solemnibus Missæ Sacrificii ceremoniis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

„rit, non tamen illis sacrificium of-  
ferri docet, sed Deo soli, qui illos co-  
ronavit. Unde nec Sacerdos dicere  
solet; offero tibi sacrificium, Petre,  
vel Paule, sed Deo de illorum victo-  
riis gratias agens, eorum patrocinia  
implorat, ut ipsi pro nobis intercedere  
dignentur in cœlis, quorum memoriam  
facimus in terris.

## CAPUT IV.

*De Canone Missæ.*

Et cum sancta sancte administrari  
conveniat, sitque hoc omnium san-  
ctissimum Sacrificium: Ecclesia Ca-  
tholica, ut digne, reverenterque offer-  
retur, ac perciperetur, sacrum Cano-  
nem multis ante sæculis constituit; i-  
ta ab omni errore purum, ut nihil  
in eo contineatur, quod non maxime  
sanctitatem ac pietatem quamdam re-  
doleat, mentesque offerentium in  
Deum erigat: id enim constat cum  
ex ipsis Domini verbis, tum ex Apo-  
stolorum traditionibus, ac Sanctorum  
quoque Pontificum piis institutio-  
nibus.

## CAPUT V.

*De solemnis Missæ Sacrificii cære-  
moniis.*

„Cum-



Sac. XVI.  
A.C. 1562.

„Cumque natura hominum ea sit, ut  
 „non facile queat sine adminiculis  
 „exterioribus ad rerum divinarum me-  
 „ditationem sustolli; propterea pia Ma-  
 „ter Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet  
 „quædam summissa voce, alia vero elab-  
 „tiore in Missa pronuntiarentur, insti-  
 „tuit. Cæremonias item adhibuit, ut  
 „mysticas benedictiones, lumina, thy-  
 „miamata, vestes, aliaque id genus  
 „multa ex Apostolica disciplina, & tra-  
 „ditione: quo & Majestas tanti sacri-  
 „ficii commendaretur, & mentes fide-  
 „rium per hæc visibilia Religionis, &  
 „pietatis signa ad rerum altissimarum,  
 „quæ in hoc sacrificio latent, contem-  
 „plationem excitarentur.

## CAPUT VI.

*De Missa, in qua solus Sacerdos  
 communicat.*

„Optaret quidem sacrosancta Syno-  
 „dus, ut in singulis Missis fideles  
 „adstantes, non solum spirituali affectu,  
 „sed sacramentali etiam Eucharistie  
 „perceptione communicarent, quo ad  
 „eos hujus sanctissimi Sacrificii fructus  
 „überior proveniret: nec tamen, si id  
 „non semper fiat, propterea Missas illas,  
 „in quibus solus Sacerdos communicat,  
 „ut privatas & illicitas damnat, sed pro-  
 „bat, atque adeo commendat. Siqui-  
 „dem

